

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus: item in sancti Pauli

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

Et ideo dicebat. Imitamini do-
na meliora. et adhuc excelsi-
orem uiam uobis demonstrabo.
Caritatem profecto. optimam
uiam planissimamque pronunti-
ans. In hac etiam nos iugiter
ambulemus ut et paulum immo-
dum pauli uidere mereamur
et incorruptibiles consequamur
coronas. gratia et misericor-
dia domini ihu xpi. Cui glo-
ria et imperium in saecula
saeculorum amen.

ITEM IN SCI. PAULI.

LECT. SCI. EU. SEC. MATTH.

In illo temp. Respondens x-
simon petrus dixit ad ihm.
Ecce nos reliquimus omnia et se-
cuti sumus te. quid ergo erit
nobis. Et reliqua.

OMELIA BEATI HIERO-
NIMI P. BRI. DE EADEM
LECTIONE.



UNC RESPON-
dens petrus dixit.
Ecce nos reliqui-
mus omnia et se-
cuti sumus te.
quid ergo erit nobis.

Grandis fiducia. petrus piscator
erat. diues non fuerat. cibos
manu et arte quaerebat. et
tamen loquitur confidenter
reliquimus omnia. Et quia non
sufficit tantum relinquere.
iungit quod perfectum est. et
secuti sumus te. Fecimus quod
iussisti. quid igitur nobis da-
bis praemii. Ihesus autem dixit
illis. Amen dico uobis. quod
uos qui secuti estis me. In rege-
natione cum sederit filius ho-
minis in sede maiestatis suae.
sedebitis super sedes duodecim.
iudicantes duodecim tribus
israhel. Non dixit qui reliqui-
stis omnia. hoc enim et societas